Prosper Columna Prothonotarius Apostolicus, necnon Curarum Caus. Camerę
Apostolicę Generalis Auditor, Romanęq. Curię Iudex Ordinarius à SS. D. N. Papa Spe-
cialiter electus, et deputatus: Universis, et singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Cantoribus,
Sachristis, Ecclesiarumq. Rectoribus, Plebanis, vice Plebanis, Curatis, et non Curatis, Cęterisque
Presbiteris, et Clericis, Notarijs, et Tabellionibus publicis quibuscumq. illiq. vel illis Salutem. No-
veritis infrà die pro parte, et ad instantiam Rmi Prioris, et Magistri Provintialis Hispaniarum,
et Regij Conventus S. Petri Martyris Civitatis Toleti, aliorumq. Conventuum, et Monasterio-
rum utriusque Sexus Ordinis Predicatorum, S. Dominici dictę Civitatis, et Diœcesis Toletanę,
omni meliori modo, principalium fuisse coram Nobis, et peracta infrascripti Notarij Compari-
tum, et dispositum, quod licet RR. D. Gonzalo de la fuente, Canonicus Toletanus, et Computator
maior, Asertusq. Iudex Ordinarius Redditum Decimalium Civitatis, et Diœcesis predictę,
nullo modo debuisset, neque de Iure potuisset contra literalem, et expresam exemptionem
à solutione Decimarum à SS. D. N. sub § 16. novissime eius Constitutionis incipientis, Pre-
tiosus, sub datam Septimo Kalendas Iunij, nuper efluxi anni amplissimè concesam, eiusdem
Constitutionis executionem, et observantiam retardare: Nihilominus postquam ipsa fuit co-
ram eo legitimè producta, eiusque executio pluries debitè petita, semperque dilata extitit sub
varijs pretextibus audiendi asertos interesse habentes, et precipue à die decima usque ad quintam
decimam Mensis Septembris, sub die tamen vigessima dicti ad instantiam D. Gabrielis Garcia
de la Xara, Aserti Agentis Generalis Dignitatis Archiepiscopalis Toleti, aliorumq. DD. Partici-
pantium Decimarum illius Diœcesis committere non dubitavit R. D. Ilpho Suarez de Salazar
ut pro exigendis Decimis Predij nuncupati Dehesa de Masazull expectantis ad predictum Vene-
rabilem Conventum S. Petri Martyris Toleti positi in territorio loci de Vargas sub Parochia
S. Iacobi Toleti, rigidissimè procederet contra Alphonsum Rodriguez de Lizana eiusdem predij
de Masazull, Colonum, et Arrendatarium nulliter, et indebite prius excommunicatum, ut de-
negatam Decimarum solutionem vigore Constitutionis predictę, eundemq. Alphonsum per cap-
turam, et sequestrationem Bonorum, aliaque magis necesaria media compelleret ad iurandum
quantitatem frumenti, segetumq. recollectarum in prefato predio de Masazull, solvendamque
medietatem Decimarum dictę Ecclesię Parochiali S. Iacobi, et in casu resistentię, horrea in quibus
frumentum, et segetes recollectę conserbabantur per vim aperiret, ut ex eis pretensam quanti-
tatem Decimarum extraheret, quod non sine evidenti spretu Constitutionis predictę, efectivè
executioni demandatum fuit, et sucesivè denegata frumenti, et segetum oblatarum restitutio,
perlatius ex tenore decreti in calce presentium registrandum. = A quo quidem precitato decreto,
omnibusque alijs gravaminibus DD. Insistentibus desuper illatis, ac à toto, et inordinato processu
sentientes, ac inherendo ad SS. D. N. Benedictum Papam XIII, eiusque S. Sedem Apostolicam,
appellaverunt. Nos igitur Prosper Columna Iudex, et Auditor prefatus, predictam appellatio-
nem admittimus, nec non Vobis omnibus, et singulis supradictis committimus, et in virtute S. Obedi-
entię strictè precipiendo, mandamus, quatenus statim visis, seu receptis presentibus ex parte
nostra, immò verius Apostolica Authoritate, moneatis, et requiratis, prout Nos monemus, et
requirimus supradictum D. Gabrielem Garcia de la Xara, Asertum Agentem Generalem
Dignitatis Archiepiscopalis, aliorumq. Participantium Decimarum Toleti, omnesq. alios in
executione presentium nominandos, et cognominandos, quatenus infra sex sub mille exco-
mmunicationis, alijsque penis, debeant supracitatam Constitutionem SS. D. N. Papę, incipientem,
Pretiosus, omniaq. et singula in ea contenta, et expresa ad unguem ac in omnibus, et per omnia
observare, et debitę executioni demandare, supradictosq. RR. PP. eorumq. Conventus Mo-
nasteria, et Bona, immunes, et exemptos, ac immunia, et exempta à quacumq. canonica
portione, sivè à Decimis quibuscumq. Ecclesiasticis, Canonicis, Parochialibus, Episcopalibus,
ac etiam Papalibus, tam personalibus, quam realibus declarare, nec non ab omnibus, et quibus-
cumq. molestijs cesare, et sese abstinuisse, ac observari, cesari, et abstineri fecisse, et super premi-
sis sententiam ferri, et promulgari, et quodcumq. intuitum desuper necesarium, et oportunum
in forma concedi decerni, et relaxari vidisse, expensasq. refecisse, et presentibus omnino pa-
ruisse, alioquin eosdem sicut supra nominatos fide premissi, se se gravatos fore, et esse sen-
serint peremptoriè citetis, per Nos citamus, quatenus sexagessima die, post presentium
executionem legitimè compareant coram Nobis causam eorum pretensi gravaminis
allegaturi, et iustitię complementum consecuturi, certificantes eosdem, sicut supracitatos
quod si in dicto citationis termino comparuerint, sivè non, Nos nihilominus ad premisa,
et alia graviora iuris, et facti remedia procedemus, iustitia mediante, eorundem citatorum
contumatia, vel absentia non obstantibus, et insuper inhibeatis, et inhibendo expresè
precipiatis, et mandetis omnibus, et singulis supradictis, nec non omnibus, et singulis
DD. Iudicibus de partibus quavis authoritate, vel dignitate fungentibus, vel functuris,
nè sub iam dictis penis, alijsq. arbitrio accedant, seu presumant pendente huiusmodi
appellatione, coram Nobis interposita, aliquid in partibus innovare, seu attentare contra

Supradictos DD. Insistentes, vel atentari, et Innouari facere sub quovis prætextu, quod si secus id votum absolutionem. In quorum fidem, Datum Romæ ex ædibus nostris in noua Curia Innocentiana hac die tertia Januarij, millessimo septingentessimo vigessimo octauo. Appª. Idx hbs: Tenor decreti est prout Infra, videlicet = Præsentata dicta Petitione, eaque per me visa, per actumque Provideo, mando dari meam hanc Commissionem, et cius tenore Committo D. D. Joseph Suarez de Salazar, vt ad id Requisitus eam acceptet, eaque acceptata per acta Notarij, seu Scribæ fidem facientium procedat per Capturam, et Sequestrationem Bonorum, aliaque media magis necesaria Contra D. Alphonsum Rodriguez de Lizana, vt sub Iuramento præstando, et Recipiendo ad formam Iuris, declaret quas decimas frumenti, et segetum debeat pro anno Currenti ex fructibus Recollectis in dicta Decimeria de Majaull, vtquè medietatem dictarum Decimarum pertinentium dictæ Parochiali Ecclesiæ S. Jacobi huius Ciuitatis, solvat immediatè, et absque vlla dilatione Tercerijs, et Recollectoribus Decimarum dictæ Parochiæ, et in casu Renitentiæ, vel non solutionis, deueniat ad Recognitionem, et Recognoscat horrea, in quibus areruatæ Reperiuntur Recollectæ segetes perceptæ In dicta Decimeria, illum Requirendo, vt ea aperiat ad efectum, vt ex eisdem extrahatur quantitas dictæ medietatis Decimarum, et quatenus denegaretur, Tunc aperiantur, ac frangantur seræ horreorum ad prædictum efectum, et solvendi dictis Tercerijs, à quibus Recipi debet eius Recepta pro dicto Decimario, et pro toto eo, ac anexis, et dependentibus agrauet dictas Censuras, aliasque nouas fulminet, donec, et quousque cum efectu Consequatur, id quod ei Committitur, atque auxilio brachij secularis vti posit facultatem Impartior, atque plenariè Committo dicto D. Jpho de Salazar, Cumque ad vices meas exercendas Constituo Cum facultate Ligandi, atquè solvendi. Datum Toleti die vigessima septima septembris, millessimo, septingentessimo vigessimo septimo = Licenciatus fuente = Melchior Archiepiscop. Litens. Cius.ᵖ = Andreas Gabriellius Curiarum Causæ Cameræ Apostolicæ Notarius. ——

Prosper Columna, Prothonotarius Apostolicus, nec non Causarum Causæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius à SS. D. N. Papa specialiter electus, et deputatus: Vniversis, et singulis R. R. D. D. Abbatibus, Prioribus, Cantoribus, Decanis, Sacristis, Ecclesiarumque Rectoribus Plebanis, vice Plebanis, Curatis et non Curatis, Ceterisque Clericis, Notarijs, et Tabellionibus publicis, quibuscumque, illique, vel illis. Noueritis alias coram Nobis, et in Tribunali nostro litem, et Causam pro parte, et ad Instantiam R.ᵐⁱ Prioris, et Magistri Prouintialis Hispaniarum, ac Regij Conuentus S. Petri Martyris Toleti, aliorumque Conuentuum, et Monasteriorum Vtriusque sexus Ordinis Prædicatorum dictæ Ciuitatis, et Diœcesis Toletanæ, Contra, et aduersus D. Gabrielem Garcia dela Xara, aliosque Litis Consortes, de, et super Confirmatione, vel Infirmatione Decretorum factorum per R. R. D. Gonzalo de la fuente, Canonicum Toletanum, ac Asertum Iudicem Ordinarium Redditiuum Decimalium Ciuitatis, et Diœcesis prædictæ, ac Computatorem maiorem, ac etiam de, et super obseruatione, et executione Constitutionis, SS.ᵐⁱ D. N. Papæ, emanatæ septimo Kalendas Iunij, millessimo, septingentessimo, vigessimo septimo, rebusque alijs in gradu Apellationis introductam fuisse, in qua quidem Lite, et Causa, Cum necese sit supradictis Insistentibus pro terminatione, et Cognitione huiusmodi Causæ habere Copiam publicam omnium, et singulorum actorum coram R.ᵐᵒ D. Iudice inter dictas partes factas, et respectiuè fabricatas, proinde Vobis omnibus, et singulis supradictis, et vestrum Cuilibet Insolidum, tenore præsentium Committimus in virtute S. Obedientiæ, strictè præcipiendo, mandamus, quatenus statim visis, seu Receptis præsentibus ex parte nostra Immò verius Apostolica Authoritate Moneatis, et Requiratis, prout Nos Monemus, et Requirimus per præsentes D. Gabrielem de Arteaga ex Tabellionem, ac asertum Scribam Redditiuum Ciuitatis Toleti, omnesque et singulos alios Notarios, et quascumque alias Personas penes quas dicta Iura, et procesus existunt, et ad quos illorum Traditio, seu Consignatio expectat, et pertinet, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et Reliquos duos dies pro tertio vltimo, et peremptorio termino, Canonica monitione vobis asignetis, prout Nos asignamus eisdem sub mille ducatorum auri in auro R.ᵉ Cameræ Apostolicæ aplicandum, et pro illis niti, et In Iuris subsidium excommunicationis, alijsque penis arbitrio Iebeant, et Quilibet Ipsorum debeat Copiam omnium, et singulorum actorum factorum, ac Iurium productam, et repetitam inter dictas partes coram supradicto Aserto Iudiciario Redditiuum Decimalium Ciuitatis et Diœcesis Toleti in publicam, et Authenticam formam exemplasse, et A Sie-

Exemplatam supradictis Insistentibus, sive eorum Legitimo Procuratori, vel presentium Exhibitori, soluta tamen prius solita, et Competenti mercede, tradidisse, et Consignasse, et quatenus recusent, tunc detentores ipsos, et habere Scientes ad Revellandum omnibus, et singulis viis Iuris, factique remediis, desuper necessarijs, et oportunis, ac etiam per Censuras Ecclesiasticas Cogatis, et Compellatis, Cogique, et Compelli facientes, quacumq. apellatione postposita taliter. In quorum fidem Datum Romæ ex Edibus nostris in nova Curia Innocentiana hac die tertia Mensis January, millessimo, septingentessimo Vigessimo Octavo = Melchior Libus Archiep. Titen. Auditor = Andreas Gabriellius App.us Notar.s

Concuerdan Estas Copias con los Despachos Originales que para este Efecto Exhibio ante mi el R. P. fr. Andres de Guzman Relig.so del Orden de Predicad.s Y Depositario en el Conv.to de S.n Pedro Martir de Esta Ciudad de Toledo, los quales le bolui â Entregar, de que doi fee, aque me Remito, Y para que Conste donde Convenga lo signe, Y firme en Toledo â diez, y siete de Febrero de mil setezientos, Y Veinte, Y ocho a.s

En testimonio de verdad

Pasqual Ybanez
Not.o App.co